



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1546. usque ad annum 1549

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**

**VD18 90118529**

§. 17. Elector cum exercitu suo in Saxoniam profectus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66608](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66608)

Sæcul. XVI libus, ac mille equitibus, qui a Wit-  
A. C. 1546.tembergenſi Duce, necnon a Fœdera-  
 tis ſuperioris Germaniæ urbibus aleren-  
 tur, atque in hyberna ducerentur: am-  
 bo itaque exercitus hoc pacto ſejunge-  
 bantur.

## §. XVII.

*Electoꝝ cum exercitu ſuo in Saxo-  
 niam profeſtus.*

*Thouhiſt. l. 2.* Interea Imperatoris copiæ conti-  
 nuato victoriarum curſu longius pro-  
 ceſſerant, ac Boſphingam & Nordlin-  
 gam ceperunt, Cæſar vero, cum poſte-  
 riorẽ hanc urbem mille Germanis fir-  
 maſſet, illiusque Gubernatorem conſti-  
 tuiſſet Cardinalem Auguſtanum, Din-  
 kelpulam verſus contendit, ſimulque  
 Burium Comitem Wiſſemburgum præ-  
 miſit, ipſe autem utraque hac urbe in  
 deditionem accepta, celeri prorſus iti-  
 nere Rottemburgum pervenit, cujus ci-  
 ves percepto Cæſaris adventu obviam  
 procedentes ſeſe eidem ſubjecerunt. Po-  
 ſtea Haſſiæ Landgravius cum copiis  
 ſuis itinere ad dextram deflexo proceſ-  
 ſit, graviora autem belli tormenta  
 Kirchheimii ac Schorendorffii, quæ duo  
 erant munitiora Wirtembergendiſ Ducatus  
 oppida, reliquit, inde vero ad ſu-  
 am patriam reverſus eſt, cum Mauritio  
 Duce



Duce acturus: interea vero Saxoniae <sup>Sæcul. XVI.</sup> Elector ad suam Provinciam contenden- <sup>A.C. 1546.</sup> s in itinere Gemundam, Sueviæ urbem occupavit, spoliatisque civibus pecunias inde ablatas inter suos milites distribuit, tandem vero ineunte Mense Decembri Francofordiam delatus ibidem usque ad duodecimam ejusdem mensis diem subsistens rursus eadem die ab incolis novem aureorum millia extorsit, ipsumque Moguntinum Archiepiscopum, ut ei quadraginta aureorum millia daret, vi adegit, ingentesque pecuniarum summas Fuldenfi Abbati, aliisque Catholicis mulctæ nomine imposuit: cum autem Landgravius, licet publicæ fidei literis munitus esset, Mauritium tuto accedere non posset, eo quod hæ literæ conditionibus minime acceptandis restrictæ essent, hinc Hermanum Hundelsusam, & Henricum Lesnerum, qui cum illo conferrent, deputavit: at his Mauritius significari jussit, quod inscio Cæsare cum illis agere non posset, hinc deputati infecta resecedere compellebantur, præcipue, cum aliunde Saxoniae Elector expedito suorum agmine stipatus, bellum differre recusasset, atque in suam ditionem irrumperere constituisset.

## §. XVIII.

*Hist. Eccles. Tom. XXXIX.*

C